

R# 27. EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

II 26i.

SIGNAT. CI^oIOCCCXIII.



6

DANIEL. GUILIEL.

MOLLERI

MEDITATIO

STOICA,

De

CONDITIONE

TEMPORIS PRÆ-

SENTIS,

Ad

AMICUM.




FRANCOFVRTI

ad Mœnum

Apud DANIELEM FIEVET.

CL. LXXIII.







A M I C O

*Amicus amicam salutem
animitus precatur.*

SIco, libellum istum, ani-
mo, quo scribere nō ita
pridem me voluisti, acci-
pis ex benevolentia certè
Tuâ, meoq; facis desiderio.
Utrumque & animum ad-
didit, & occasionem inve-
nit: Placare Tibi, vix alteri
cuiquam, quidquid hicce
leges, debet: ad mentem
enim Tuam, non fortè
aliorum, deproperatum
est. Unde, unius horulæ
spatio, id, quod intra illud
ferè natum, perlegere Tibi,

A 2 hac

hac quidem lege, vix erit
grave, ut quæ amissitatio
Tuo respondeant minùs
ingenio, respuas ilicet ac
lectione supergrediatis,
cetera Tempori adjudices,
vel Ætati condones. VA-
LE, qualemque me amore
Tuo hactenus fecisti, ta-
lem semper agnosce,

Totum Tuum.

DANIELEM GUILIELMUM
MOLLERUM.

De



De

CONDITIONE
TEMPORIS PRÆ-
SENTIS.

MAJOR pars mortalium, *Ami-*
ce oculissime, de Temporis
præsentis malignitate at-
que gravitate conqueritur: quòd
inter mala vultemur plurima,
quòd bella passim ingruant, quòd
extremam ad pauperiem quivis
ferè hominum delabantur, quòd
omnis generis vita floreat, odia
crescant, invidia caput exserat,
exilio boni piique omnes punian-
tur, Libertas tollatur a vita, Servi-
tus inducatur, Seculúmque tale
habeatur, quò noxæ integritas,

A 3 contu-

contumeliæ pudor, ludibrio fides,
 litigio sit̄ omnis cōtractus & actus.
 Neque his publicis malis turba
 tantum & imprudens vulgus istā
 ingemiscit ætate; sed sanctissimo-
 rum quoque Patrum, exactis lon-
 gè seculis, hic affectus querelas e-
 vocavit: Inde illa Cujusdam ex-
 clamatio est: *ô tempora, ô mores!*
 Inde Alterius lamentatio conso-
 nat: *ô Domine, in quæ nos tempora
 servasti!* Tacebo hodiernas Pio-
 rum querimonias, super corruptis
 hujus Seculi moribus, passim habi-
 tas: Silebo scripta, voces, sermo-
 nes, singultus, de improbissimis
 hujus mundi facibus auditos.
 Quid ergo faciam? impatiens ne
 ista omnia, Tempori, Vitæ, Natu-
 ræ, tribuam? non faciam: Viven-
 dum mihi est, quamdiu Vitæ Au-
 tori placuerit: Si hoc; cur mala
 tempora increpem? Vivere potius
 benè

benè discendum mihi erit, hocque studiosius, quò difficiliùs illud addiscere plerumque possumus. Vivere qui benè scit, Temporum rationem non habet: Malè qui vivit, optima etiam tempora pessimè collocat: Nec enim Tempus in se malum est, quippe quod à DEO, boni omnis diribitore, proficiscitur: Dum igitur illud accusant homines, se malefactores pronunciant. Quid enim? si Vinum dicas esse corruptum, quando, ex nimia ejus potatione, vētriculum dolere sentis, caput angi, membra tremore affici? næ, tu ipse vinum corrupis, quando in copia infundis, sineque mensura mensurato à natura ventriculo ingeris. Mirari soleo, cùm video, tales potissimùm tempus incusare, qui tempore plurimùm abusi sunt. Mutetur sanè in contrarium omnis indulgentia.

temporis, hinc illinc percutiatur animus, damno, luctu, incursionibus variis, nulla hora sine aliqua querela fit; non ideo se dicere aliquis inter miserrima miserum debet, non ideo aliquem execrari diem; providendum enim à nobis est, ne quis ater dies esse queat? Ratio & Sapientia, bona omnia & candida facit. Res incorporalis Tempus est, quia sub oculos non venit; quomodo igitur malum illud vel bonum mens mea iudicet, quod videre nequit? de rebus incorporeis quod non est revelatum nobis divinitus, nihil quicquam scimus, multò minùs culpare illas deberemus. Nemo aestimat Tempus, nemo id, hac ætate laudat, negligit quilibet, carpit, lancinat, feriorq; hora plerisque deterior vehi solet. Scilicet omne tempus, aut aufertur nobis aut surripitur, aut excidit;

Temporis Præsentis.

cidit; nemo illud colligit aut servat:
h. e. quedam tēpora eripiuntur, no-
bis, quedam subducuntur, quedam
effluunt: Turpissima tamen est ja-
ctura, quæ per negligentiam venit:
& si volueris attendere, magna vi-
tæ pars elabatur malè agentibus,
non tempus aut vita ipsa in nos
malè agit, maxima nihil agenti-
bus, tota aliud agentibus. Quem
mihi dabis, qui aliquod pretium
tempori ponat? qui diem æstimet?
qui intelligat se quotidie mori? o-
mnes horæ complectendæ sunt:
hodierno manus injicienda, nun-
quam ex crastino pendendum
est. Omnia aliena sunt; tempus
tantum nostrum est. In huius rei
unius fugacis ac lubricæ possessio-
nem natura nos misit, ex qua nos
expellit, quicumque vult. In tria
autem tempora Vita ferè homi-
num dividitur: quod est, quod fuit,

& quod futurum est. Ex his quod agimus, breve est, malum est, periculosum est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc est enim, in quod fortuna jus perdidit, quod in nullius arbitriū reduci potest. Hoc amittunt occupati: nec enim illis vacat præterita respicere; & si vacet, in jucunda est pœnitendæ rei recordatio. Inviti namque ad tempora malè exacta animum revocant, nec audent ea retentare, quorum vitia etiam quæ aliquo præsentis voluptatis lenociniō subripiiebantur, retractando patefcunt: Nemo, nisi à quo omnia acta sunt sub censura sua, quæ nunquam fallitur, libenter se in præteritum retorquet. Ille, qui multa ambitiosè concupiit, superbè contempsit, impotenter vicit, insidiosè decepit, avarè rapuit, prodigè effudit, necesse est memoriam

moriam suam timeat. Atqui hæc est pars temporis nostri sacra ac dedicata; omnes humanos casus supergressa, extra regnum fortunæ subducta: quam non inopia, non metus, non morborum incurtus exagitat. Hæc nec turbari, nec eripi potest: perpetua eius & intrepida possessio est: Singuli tantum dies, & hi per momenta præsentis sunt; at præteriti temporis omnes, cum iusseris, aderunt, ad arbitrium tuum se inspici ac detineri patientur: quod facere occupatis non vacat. Securæ & quietæ mentis est, in omnes vitæ suæ partes discurrere: Occupatorum animi velut sub iugo sunt, flectere se ac respicere non possunt. Abiit igitur vita eorum in profundum, & ut nihil prodest, quantum libet ingeras, si non subest quod excipiat ac servet; sic nihil refert, quantum temporis

A 6 detur,

deur, si non est ubi subsidat :
per quassos foratosque animos
transmittitur, & rara est Præteri-
torum memoria. *Præsentia* ve-
rò magis amamus, magis lauda-
mus, magis appetimus, utut præ-
sens tempus brevissimum sit, bre-
ve quippe in hoc mundo esse de-
bet, quicquid delectat, ast eheu!
æternum, quod cruciat. In cur-
su semper præsens est tempus :
fluit & præcipitatur : ante de-
finit esse, quàm venit : nec ma-
gis moram patitur, quàm mun-
dus aut sidera, quorum irrequie-
ta semper agitatio, nunquam
in eodem vestigio manet : Sci-
licet, tam breve, tempus est
præsens, ut arripi non possit, ut
cogitari vix queat, & idipsum
illis, districtis in multa, subdu-
citur, adeò quidem, ut quibus-
dam nullum videatur. Hoc ne
ergò

ergò aliquis diris omnibus devoteat, maledictis proscindat, iniquitatis accuset? Ponam, in præfenti tempore, in hac hora, in hoc momento, adversum tuæ carni quidquam accidat, calamitas obtingat, crux affligat, infortunium eveniat: an ea propter dolebis, an flebis, an tempori maledices, an tempori imputabis, an tempus misisse existimabis? Tempus nunquam vidisti; & ceu malum quid vis odisse? Tempus nunquam palpasti; & veluti horridum, spinosum, aculeatum, durum, exitiosum, vis averfari? Tempus auribus tuis non accipis, gustu tuo non percipis, naribus tuis non excipis: & ceu injucundum auribus, linguæ insipidum, minùs suave naribus rejicias, repellas, crimineris, detesteris? At habeant & hæc omnia se isto, quo recensui,

A 7 modo

modo; Sensus hominum externi
Temporis malignitatem videant,
audiant, tangant, olfaciant, gu-
stent: num tempus ideo mali-
gnum dicamus? Præsens tempus,
uti ante jam diximus, & quivis fa-
cile concedet, brevissimum est, fu-
gacissimum, momentaneum: Bre-
ve igitur quod malum est, longum
tuum experiatur vituperium? in
fuga quod malum est, productam
tuam ferat increpationem? in mo-
mento quod malum est, ætatem in
ore tuo malum volvatur? Afflictio
momentum tantum durans, non
afflictio, sed imaginatio est: tolle
hoc nunc, & aliud illicet subibit;
prius planè interiturum: quò ab-
latò, cur querelis revocandum est
in vitam, quod mortem jam oppe-
tiit suam. Verum equidem est,
non aliter sæpè mala huius Uni-
versi esse comparata, quàm fluctus
aut

aut undas maris, his quippe præter-
volutis, aliæ intruduntur, unda fe-
rit undam, fluctusque fluctum ver-
berat: pariliratione, unô decre-
scente malô, aliud sine mora ex-
surgit, & quò plura Malorum hy-
dræ capita detruncaveris, eò plura
suppullulant & vicem subeunt am-
putatorum. Neque autem ista
mentem meam fugiunt; hoc ta-
men fugio dicere, *Tempus esse ma-
lum*: continua enim malorum suc-
cessio in tempore quidem debet
fieri, sed tempus illorum causa non
est: &, si vel centum annos mise-
rabiliter affligereris, tempori ne
propterea malum rectè adjudica-
bis? Profectò, non aliter mihi fa-
cere videreris, atque ille, qui lectò
unâ & alterâ septimanâ graviter
affixus, vel Podagrâ, vel Febri, vel
aliò morbò laboraret, causam in
tempus transferre, illud culpate,
illud

illud vituperare vellet. O quàm malus est, culpam qui suam alterius facit! Inter causas potiùs malorum nostrorũ est, quod vivimus ad exempla mala: nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur: quod si pauci facerent, nollemus imitari: cùm plures facere cœperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur: & recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est. Unde Tempus, causa mali non erit, neque ipsum in se malum, quia cæterò quin, etiam sine exemplo, mali necessario fieremus, at sola Exempla hodie mala sunt, ea homini nocent, ea voluptate inescant, ea sequendi libidine inebriant. Hic, nisi aures obdures, peris; nisi fugias, interis: abducunt à Patria, à Parentibus, ab Amicis, à Virtutibus, & in turpem vitam miseros turpiùs

turpiùs illidunt. Sed Exempla inducis, *Bellaque esse mala existimas?* falleris: bona ea sunt; si non tibi, certè alteri; si non omnibus, profectò pluribus: bella enim Virtutem excitant, præmia distribuunt, encomia ferunt, pacem stabiliunt, urbes muniunt, desidiam pellunt, preces accendunt, omnia utilia hominiquè; necessaria secum ferunt. Dicitis quidem, Bellum multa variaquè; mala, infinita què; difficultates & calamitates secum trahere, dùm civium opes exhauriuntur, omniaque latronibus, furibus, & stupratoribus implentur, imò bellum perditionem animæ, corporis & substantiæ inducere: Verum fateor dicitis, at falsum, si tempori audeas malum hoc affricare: quid enim amabò tempori cum bello? ætherea sæpè totum contra militantes militasse, & superioribus, & præsen-

præsentibus, animadvertere licuit
 seculis; num autem quoque tem-
 pus? Urges, Bellum si dixeris, o-
 mnia mala dixeris; sed, num pro-
 pterea tempus si nomines, omne
 malum nominabis? bonum, non
 malum, omne tempus est, ô si mo-
 dò bona hæc melius homines æsti-
 marent, & non tum demum intel-
 ligerent, quando jam manibus ela-
 psa dolent! Bellum quodlibet
 propter Pacem, sicut labores &
 negotia propter otium suscipiun-
 tur; nec alia debet Regis aut popu-
 li bellantis intentio, quàm ut Pa-
 cem consequatur, esse. In his: Bello
 leges conculcari; sed malè: ante-
 hac potiùs oscitantia & luxu con-
 culcata, eo renovantur: ais; Bello
 pietatem pelli; dico ego, impie-
 tatem refelli: illa enim ferventior
 cœlum, necessitatis tempore, per-
 rumpere laborat, magisq; mota &
 quassata

quassata lucere incipit: hæc Pace
Orbi tranquillitatem inducente,
ab Otio plerumque fœcundâ ma-
lorum genitrice generatur, & ta-
lia sæpe patrare audet, quæ seve-
rior aliàs belli disciplina prohi-
buisset. Inquis; bello juventutem
induere ingenium ferum & im-
morigerum, nullasque addiscere
artes: erras: nullo sanè tempore a-
lio, mens mortalium, plura humili-
tatis, patientiæ, obedientiæ, argu-
menta invenire potest, atque Mar-
tis classico per aperta aëra sonan-
te: Vir Viro, Pes Pedi, arma armis
sociata esse debent, ad Imperatoris
dictum attenti singuli, nec vertere
se, nec locum mutare, nec progredi
ulterius audent, quin ipsi etiam
milites perpetuum quoddam pa-
tiuntur martyrium; jejunant fre-
quentissimè, incedunt nudi, dor-
miunt sub jove, gerunt mortem ob
oculos,

oculos, & nisi deliri sint, plus aliis Deo servire debent. Quid multa? *Bella* nos tempore uti docent; *bella* nos Virtutibus dare operam instruunt; *bella* famem sitimque tolerare nos erudiunt; *bella* utrique ferendæ fortunæ nos aptos efficiunt; *bella* omnia nobis bona conciliant. PAUPERIEM obvertis, malum, hoc seculo, epidemium? Tibi fortè, minùs autem Sipienti: illud enim malum sit, quod quasvis Artes invenit, excolit, docet? illud ne malum sit, quod sanitatem corpori, vigorem membris, iudicium & memoriam intellectui hominis largitur? (a) Si scire vis, quàm nihil in ea mali sit, compara
inter

(a) Quin opes officiunt plerumque bonæ menti, Demetriusque Cynicus non virtutis scientiam, sed egestatis professus est. Major quippe materia Sipienti viro est, animum explicandi suum in paupertate, quàm in divitiis.

inter se pauperum & divitum vultus. Sæpius pauper & fidelius ridet: nulla sollicitudo in alto est: etiam si qua incidit cura, velut nubes levis transit. Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis & suppurata tristitia: & quidem gravior, quia interdum non licet palam esse miseros: sed inter ærumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem. *Pauper* igitur es? cum Paupertate tibi conveniat, erisque dives: Non qui parum habet, sed qui plura cupit, pauper est. Quid enim refert, quantum illi in arca, quantum in horreis lateat, quantum pascat aut fœneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda concupiscit. Satis dives est, cui id satis est, quod habet; cui, quod satis est, satis non est, nihil ei satis erit. Audiamus *Lucillum*:

Nam

Nam si, quod satis est homini, id satis esse potisset,

Hoc sat erat: nunc cum hoc non est, qui credimus porro

Divitias ullas animum mi explere potisse?

Magnæ divitiæ sunt, lege naturæ composita paupertas: Lex autem naturæ, scis quos terminos nobis statuit? Non esurire, non sitire, non algere. Uti famem sitimque depellas, non est necesse maria tentare, nec castra sequi.

*Quæremus lucrum navi, mortemq; sequemur
In prædas, pudeat tanto bona velle caduca.*

Quid cælo dabimus? quantum est, quo veniat omne?

Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.

Parabile est quod natura desiderat, & citò apponitur. Ad supervacua sudatur. Ad manum est, quod satis est. Si ad naturam vives, nunquam eris pauper, si ad opinionem
nem

nem, nunquam dives. Exiguum natura desiderat, immensum opinio. Si congeratur in te, quidquid multi locupletes possederunt, si ultra privatū pecuniæ modum fortuna te provehat, aurō tegat, purpurā vestiāt, eò deliciarum opumque perducāt, ut terram marmoribus abscondas, non tantū liceat habere, sed calcare divitias: majora certè ab his cupere semper disces. Honeſta, inquit *Epicurus*, res est, læta paupertas: addit *Seneca*. Illa verò non est paupertas, si læta est. Pergis alibi: Paupertas expedita est, ſecura est: Cū clāſſicum cecinit, ſcit non ſe peti: cū aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. Si navigandum est, non perſtrepunt portus, nec unius comitatu inquieta ſunt littora; non circumſtat illam turba ſervorum, ad quos paſcendos

dos transmarinarum regionum exoptanda est fertilitas. Facile est pascere paucos ventres, & bene institutos, & nihil aliud desiderantes, quàm impleri. Parvo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desideriis instantibus satisfacere. Quid est ergo, quare tu hanc recules contubernalem, cuius mores sanus dives imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas autem, paupertas voluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: Multis, Epicurus ait, parasse divitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Non hoc miror. Non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem gravem fecerat, & divitias graves fecit. Quemadmodum nihil differt

differt, utrum ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces: quocumq; illum transtuleris, morbum suum secum transfert, sic nihil refert, utrum animus æger, in divitiis, an in paupertate ponatur: malum suum, illum sequitur. Paucis: Sapiens omni tempore dives est: omni tempore opulentus animo; omni tempore opinione Cræsus, felicitate Gyges, usu Imperator. VITIA per totum genus humanum disseminata exprobras? Audio, video, sentio, non nego, quid autem isthæc ad tempus? Omnes mali sumus: num etiam tempora inde mala? Noli æstimare hanc horam, aut hunc diem: totum inspicere mentis tuæ habitum. Nos mali omnes, inter malos vivimus: nos tempora corrumpimus: nos tempora mala reddimus: Totam enim vitam nostram inter errores

B

volu-

volutatur. Tempus igitur erroris, vel pravitatis inculando, nos ipsos erroneos, pravos, malos & vitiosos confitemur. Legisti, *Harpasten*, uxoris Senecæ, fatuam, subito defuisse videre, nescivisse tamen esse se cæcam, subindeq; pædagogum suum rogasse, ut migret, domum enim tenebrosam esse, aiebat: Quis eam non rideat? sed profecto quod in illa ridemus, omnibus illis accidit, qui malum non in hominibus, sed in tempore, quærunt; qui Vitia non in mortalibus, sed in diebus ac horis residere contendunt. Hinc illas haud rarò audias voces: Non ego bonus esse possum, quia tempora modò sunt mala: Non ego laboribus meis lucrari quicquam valeo; quia tempora sunt mala: non mihi ad hanc vel aliam functionem aditus est relictus; quia tempora sunt mala: Ali-
ter

ter ego longè, meliusque viverem; si tempora mala non essent: Felicissimus Orbis existerem; si tempora tam infelicia, tamq; misera & perversa nō invenirentur. Ah! quid nosmetipsos decipimus? quid animum nostrum defraudamus? non est extrinsecus malum nostrum: intranos est, in visceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos ægrota-re nescimus: Sicut enim corporis morbus absconditus, aut laudatus, non sanatur; sic nec anima, cui malè patrocineris aut defendas. Erras, si existimas nostri seculi esse vitium, luxuriam & negligentiam boni moris, & alia quæ objicit suis quisque temporibus; Hominum sunt ista, non temporum: nulla ætas vacavit à culpa. **ODIORUM,** inquires, si unquam aliàs, hoc maxime tempus est feracissimum: Sed,

B 2 nec

nec ita benè loqueris: Quid tempori cum odentibus hominibus? odia, ex homine in hominem; non de Tempore in tempus, derivantur. Homines tolle, & Odia sustuleris. At regeris, timeri hodie, uti semper aliàs, Principes volunt, quin igitur non etiam tempus idoneum amplectantur, quod timorem incutiat, metumque faciat, nempe nocturnum: quo enim tempore magis humanum formidat genus? nonne nox atrâ fuligine tecta, cuncta terræ animalia terret? nocte timent illi etiam, qui die audacissimi sæpè sunt visi: Tempus ergò, ais, timorem causat; timor odium suscitatur: uti execrabili illo versu notum fit: *Oderint dum metuant.* Sed tempus ista sibi non vendicat: Animus hominis est, qui odia ferit, qui amicum ferit, qui proximum odit: Tempus potius

tiùs eadem tollere, sopire, lenire,
eradicare potis est. Unde quæso
intestinum communiter *odium* ap-
pellatur? nisi quod intra humani
corporis intestina, Odium jaceat
sepultum, occultum sit, & dissimu-
latum, clàm radices agat, cre-
scat, floreat, germinet: In-
gravescit enim indies, uti Ci-
cero ad Brutum scripsit, inte-
stinum malum, nec externis hosti-
bus magis, quàm domesticis la-
boramus, tandem verò illud ali-
quo temporis momento in auras
delatum, tempus obstupescit,
tempus dispungere laborat, tem-
pus tollere & docet & discit.
Ad odia namque quid propel-
lenda requiritur? nonne Tem-
pus? ad odia quid evisceran-
da conducibile est? nonne tem-
pus? Tempus fanè præsentif-
simum odiorum dici potest re-

B 3 medium,

medium, optimaque medicina. Quamvis juxta sapientissimum nostrum Senecam, Odium ex offensa sic vitabis, neminem lacefendo gratuito: à quo te sensus communis tuebitur: fuit enim hoc multis periculofum. Quidam odium habuerunt, nec inimicum. Illud ne timearis, præstabit tibi & fortunæ mediocritas, & ingenii lenitas: cùm te esse homines scient, quem offendere sine periculo possint. Reconciliatio tua & facilis sit, & certa. Instet aliquis, Tempus nihilominus occasionem subministrare iis, qui alios odio prosequuntur: Institutum enim eius, qui odit, est, malè, si possit, facere. Hinc odium etiam ita ferè definitur, Affectio quædam & propositum malè faciendi, ejusque occasionem captandi: unde necessario sequi, tempus esse malum, quia occasionem

casionem malæ rei, odii puta, sup-
peditat. Miror ego opinionem:
Occidisse ne tu dicéris hominem,
si is, cui securim ad findenda ligna
mutuasti, eum occidit? an hunc in
finem illi securim dedisti? quid, si
te noctu in lecto cubante, fur ve-
niat, res tuas domesticas ablatum?
an tu, qui occasio ipsi, furti sui, so-
mnô tuô fuisti, malus, furque sce-
lestus eris? Vide jam tempus, quod
eo, quô Deus illud ab initio posuit
ordine, fluit, atque dilabitur, num
ideo dicetur mater Odii? quod o-
dio tempus non subtraxit occasio-
nem, non impedivit, non sustulit?
Animum indue benevolum: ita
ames, tanquam osurus; ita oderis,
tanquam amaturus, & pectore tuo
excute odium, tunc tempus, mihi
crede, non amplius nocebit aut
malum erit. Accedit, quod abje-
ctæ mentis sit indicium, ad odia

B 4 atten-

attendere, ad odia commoveri, & idcirco tempus mali alicujus velle arguere. Felices sunt, & ille, qui odio habetur, & is, qui alios odio habet. Cui res sunt secundæ, is odium gerenti molestus est, ergone alios molestans, tempus amat esse malum? Deinde, odium concipitur etiam in bruta animalia: Sunt enim qui feles, cantharides, rubetas, serpentes oderunt. Et Germanicus galli gallinacei neque vocem, neque aspectum ferebat, mures Magi Persarum interficiebant, quod & ipsi eos odio haberent, & ideo invisos arbitrarentur. Ex æquo enim & Arabes omnes, & Æthiopes murem abominantur. Quid quod non soli homines, sed bruta etiam invicem oderunt, exercentque inimicitias, & fide majora bella gerunt. Pugnant inter se Aquilæ & dracones, cornices

ces & ulule, parus & carduelis, quorum etiam sanguinem occisorum permisceri negāt, sed etiam si quis confundat, utrumque seorsim diffluere narrant. Quis verò Sapiens ea Tempori adscripserit? Natura, certè seminarium illud est, ex quo uberrima odiorum seges affurgit: Natura Ocean⁹ ille dici potest, qui odiorum fluctibus animos mortaliū inundat, & tantū non gurgite inimicitiarum abreptos, in omnis generis calamitatū barathra præcipitat. Quinimò liberius aliquantū loquendo, nec tempus causa odiorum, nec Natura eorum fomes rectè dicitur, sed propria hominum est imaginatio: hanc desere, nec illa senties: hanc derelinque, nec illa te cruciabunt: hanc finibus animi tui arce, neque illa nocebunt. Scilicet, prout quisque malū vel bonū imaginatur sibi,

B 5 eatenus

catenus quoque contingit : sæpè bonum in se, malum esse nobis arbitramur : sæpè quòd aliàs est pessimum, nobis tamen bonum illud esse opinantibus, optimum fieri debet : quicquid enim aduersi hominibus in hoc mundo accidit; non temporis, non naturæ, sed opinionis mala sunt : Sapiens ad cœlum usque, supra Vulgi perluasione, magnò animò affurgit; qui ipse animus, à Conditore rerum omnium ac parente, liber ab omni perturbatione ac immunis factus, atque huic corpori infusus est : Huius verò instrumentum est corpus, longè ab eo, cuius instrumentum est, diversum : ipse autem homo hoc est, quod est ratio, ac animus : quare quæ illius bona sunt aut mala, ea sunt hominis : reliqua omnia extra hominem sunt, & ad eius felicitatem, nisi velit, aut non rectè

rectè opinetur, momentum non adferunt: Hinc odia, si animò tuò non recipias, spontè sua non intrabunt; Si corde non admittas, ultrò se illi non ingerent: semper liber, semper felix, semper tranquillus, semper hilaris, semper tui eris similis. De INVIDIA, (a) quæque à seculorum omnium initio ad præsens usque tempus veluti gangræna serpit, quid lentiam, quid dicam? itidem desideras. Ea dum comparat, ilicet nos inquietat: Hoc mihi præstitit; sed illi plus, sed illi maturius: & deinde nullius causam agit, contra omnes sibi favet: nullius merita dijudicat, se ubique præferendam censet: Hinc Invidorum sæpiùs audias lamenta; invidia me spatio natura coërcuit arctò, plus accipere debuisssem, at-

B 6 que

(a) quâ Siculi non invenère Tyranni majus tormentum.

que ille, cujus nullum est in proximum meritum: Ille mihi prælatus est, multique paralangis antepositus, qui nec virtutibus par mihi est, nec officiis, nec scientiâ, nec quibusvis aliis honorem aut dignitatem emendicantibus qualitatibus: Hic muneri tali admotus, quod subire ego præ illo dignius potuissem: Iste matrimonium contraxit cum virgine aliqua juvene formosâ, generosâ, divite, pudicâ, rarissimisque virtutibus coruscâ; cum tamen homuncio sit bardus bliteulque, pauper & egenus, Mopsus, deque stivâ Corydon; me verò, qui non adeò deformis sum, qui non paucos possideo agros, qui plurimos alo greges, cibo servos, sustento pauperes, fortuna prætergreditur, Amor aspernatur, Cupido temnit: Ille hominum favorem sermone
suo

suo elicit, in Magnatum Proce-
rumque mundi societatem admit-
titur, in Eruditorum Examine,
uti Luna inter stellas minores e-
micat; quidquid loquitur, de
coelo cecidisse putatur; quidquid
suadet, ambab⁹ accipitur manibus;
quidquid agit, ex tollitur; quocun-
que collimat, eò excurritur; o-
mnia ex voto & nutu fluunt feli-
cissimè: Ego autem sidus omni-
bus invisum, dum splendere cu-
pio, umbrâ malignantium oppe-
rior; dum loqui animus est, ho-
mines, ne audiant me, aures
suas occludunt; oculos, ne vi-
deant, avertunt; tergum, ne
adspiciant, obvertunt; singula
ita componunt, ut obsint, ut
noceant, ut manibus pedibus-
que in perniciem meam eant.
Ista, & plura ferè adhuc alia,
invidorum turba potissimùm

B 7 queruto

querulo ex pectore suo lamentabiliter depromit, totiꝛue mundo venum exponit: Ideo ne autem Tempus Invidiæ malum, ceu galinam pullos, excludere aſſeras? Equidem Invidiam hoc vel illo tempore magis magisque virus suum exerere videmus; Tempus ipsum Invidiam in hominum corda diffeminare non videmus. Invidus vivit in tempore, tempus vitam invido non largitur, vel eadem in malo suo patrocinator: Liberum tempus est, cujus putà unicō momentō, & invidi, & irati, & luxuriosi, & casti, & benevoli, & amantes, & furibundi, & omnis generis vel vitiis vel etiam virtutibus præditi, vitam degentes, ad diversos ingenii sui motus, raptus & ausus, utuntur. Obvertat aliquis, Tempora Pacis invidiam creare apud illos, quorum Martia
mens

mens est, atque præcordia sanguine tument, tempus igitur esse in causa, quod invidia inter pectora talia regnet: At enim, uti tempus nec Pacis parens est, sed pacifici mortalium animi, qui concordia studentes, sibi constant, & placidi sunt: ita nec bella tempus ex se, veluti aranea filum, necit; quin potius dissensiones hominum mutua, ambitio, æmulatio, gloria, odium, ira, cæteri que discordiam ferentes affectus. Unde ergò invidia? non ex tempore, sed ex homine, temporis usufructuario. Eo ulterius, & quæro; num tempus propter Invidorū multitudinem, uti communiter hodie fieri amat, increpari, malum que nominari queat? negari melius id posse affirmari, verissimè autumo: Constat, invidos nemini magis, quàm sibimetipsis nocere: notum est, Invidos

vidos alterius, quin suis sæpè in rebus marcescere: Benè scitur, invidos mille sibi invidiâ suâ accersere corporis mala: num ergo tempori maledicam, quod invidus alteri nocere cupiens, sibi sit ipsi exitio? apage: foveam qui alteri fodit, plerumque in eam incidit: Malum, qui alteri vovet, ipse ut plurimum in corpore suo experitur. Feramus ne igitur Invidiam? utique: si fortes vel felices esse contendamus: Invidiam enim ferre, aut fortis aut felix potest; ille non curando, hic cruciando. Negabis? demonstro: donec eris felix multos numerabis invidos, tempora si fuerint nubila, solus eris; si fuerint misera, invidis carebis, nec limis aspiciere oculis: rarò felicitas invidiam effugit; nunquam Virtus, cujus, omni tempore, comes est invidia, neutiquam Vitii: Invidia ergo

ergo te premat, Virtutem illud facere cogita, quæ sanè ingrata tibi, si sapias, accidere, aut gravis esse non potest, nec debet: Multis quippe stipatum vivere invidis, est, desideratis aliàs abundare laudatoribus: quot invidos; tot laudū habes buccinas. Quicumque autem tempora clamat idcirco esse mala, quod invidentes sibi habeat innumeros, næ ille contra semetipsum peccat! bona tibi tempora sint, necesse est, summeq; felicia, si stimulos sentias Invidorum: Invidia enim dolor est ex aliena prosperitate conceptus; (a) hinc invidos æquo si fortè nolis ferre animo, mutare illicò potes; cuncta invidiosa repone; bona tua dilapida; pecuniã prodige; omnia perde; & invidi recedent, invidi ridebunt, invidi invidiam desinent exercere, planeq; beat⁹ eris, vives

(a) Bonumq; ipse quo aliquis caret, plerumque alteri invidet; nec facilè alterius, qui suæ confidit, virtuti invidet,

sine invidia, mollesque inglorius
annos exiges : attamen, neque
istud vis? quid ergo facias? feras :
Invidiæ mollimentum consuetu-
do est: non enim invidiæ eandem
vim assiduitas habet, quam primus
ictus: melius adhuc remedium an-
helas? Sic invidiam effugies, si te
non ingesseris oculis, quàm ma-
gnus quippe admirantium, tam
magnus invidentium populus est,
si bona tua non jactaveris, si scieris
in sinu gaudere. Quanquam ferè
omnes Invidiolâ quadam tacitè
laboramus, interque adeò etiam
infimæ sortis homines pravum il-
lum animi affectum gliscere, haud
difficiliter observare licet : quid?
quod Invidiæ vocabulum, autore
Cicerone, cadat in utrumque, & in
eum, qui invidet, & in eum, cui in-
videtur: hinc, ut effugiamus am-
biguum nomen Invidiæ, ab Invi-
dendo

dendo rectè dici potest *Invidentia*, quæ animi ægritudo est, ex alterius rebus secundis suscepta, quæ præsertim nullam jacturam afferunt invidenti. Scilicet, uti *Miseriordia* ægritudo est ex alterius rebus adversis; sic *Invidentia* ægritudo est ex alterius rebus secundis. Intus ergò in hominum animis, non in temporum periodis, quaerenda est invidia; illinc si expellatur, vix amplius recurret. Dici equidem & *Tempus* sæpè invidum memini; at, non ceu invidiæ causam vel Parentem, sed tanquam commune mundi & motus sideris intervallum, quo boni equè bene utuntur, ac vitiosi malè abutuntur: Siquidem *Tempus*, uti *Varro* alicubi scribit, intervallum est mundi & motûs, divisum in partes aliquot, à *Solis* & *Lunæ* cursu, à quorum tenore temperato
tempus

tempus deinde dictum est. Proponamus nunc etiam nobis *Exilia*, num tempus malum sit, quo illa hominibus indicuntur? vel, an querelis eadem corrigi posse arbitreris? neutrum, si putas ita, ex ratione facis. Tempori quod imputas, ab utentibus tempore deberes attribuere; maleque amissum queris, quod ubique sub caelo invenis. *Exilium*, nomen vanum est: quid est enim mali, mutare regiones? quid interest, in patria, vel alibi senescas? ubicunque vivamus, DEO vivere possumus. Exsulabis? erras: cum omnia fecerim, patriam meam transire non possum. Omnium una est. Extra hanc nemo proficisci potest. Exsulabis? non Patria mihi interdicitur, sed locus. In quamcunque terram venio, in meam venio. Nulla terra exilium est; altera

altera patria est. Non eris in Patria? Patria est, ubicunque benè est: Illud autem per quod benè est, in homine, non in loco est: in ipsius potestate est, quæ sit illi fortuna. Quisque nostrum ad regnandum natus est. Iracundiæ, libidini, dolori imperare ac voluptati, Sapientis regnum est. Num ad ista militem, aut sceptrum, aut purpuram, requiri existimas? num ad regnum hoc administrandum Patriæ, vel alius in Orbe locus, limitibus suis circumscriptus, est necessarius? Patriâ tuâ quidem pelli, relegari, incarcerationi, verbis verberibusque injuriis profligari facillimè potes; ast, ut doleas, queruleris, tristeris, clamites, nisi velis ipse, cogi non potes. Potest cogere Ulysssem fortuna, ut madeat,

madeat, ut natet, ut in dubium de vita veniat: potest gubernaculum his manibus eripere, cœlum totum per fulmina, si lubet, in pontum demittere: potest ipsum scopulo impingere: potest, si sic videtur, frustillatim discerpere: cæterum, ut ploret, ut ejulet, ut se infelicem ipse pronunciet, ut hæc mala esse fateatur, ut opinionem mutet, ut ad genua tibi accidat, nisi velit, non potest. Nimirum, vetus ille præclarusque, & quem Stoici requirunt, absolutus Sapiens, supra ignorantiam, supra vulgi opinionem, supra honores omnes ac potentias, supra fortunam ac calamitatem, supra proscriptiones & exilia, supra morbos omnes ac dolores, quæ externa esse novit; animo assurgit: cujus sola semper bona sequitur, sola semper mala declinat. Et utrumque potest. Animum

mum excolit, animum format, animum quàm maximè ad divinitatis normam componit. Quem cùm supra omnia evexit, ipsum Deo immortali submittit. Quicquid autem Vulgus & ignara Veritatis turba, casum aut fortunam vocat, soli Deo ac æternæ ejus sapientiæ ascribit. Quare orbitatè ac amissionem liberorum, exilium ac fugam, morbos denique ac dolores, & quæcunque frustra fugiuntur, frustra metuuntur, mala esse negat: siquidem ab optimo consilio procedunt. Stultus tantùm exulat, non Sapiens, qui putat semper peregrinatur. Exulabis ne igitur? hoc dicis: alterius loci civitate donaberis. Sapiens Patria, non unius civitatis mœnibus aut muris, sed totius cœli ambitu definitur: quæ vadit ille, Patria est: ubi subsistit, eadem recurrit; an enim tam magnæ

gnæ urbis incola, tum ipsius Dei filius ac popularis, quicquam humile aut abjectum cogitet? Exilia fanè ac relegationes, aliaque id genus, non naturæ, sed Opinioni mala sunt. Sub hujus sacramento Sapiens nunquam militat: illa cùm se explicare cœpit ac diffundere, ad puerilia delabitur, à quibus Sapiens abhorret. Inter externa hic exilium, non verò sua, numerare meminit: animum verò contra talia externa invictum semper habet: qui nec moveri, nec cogi, nec impelli, aut ab ullo homine, aut à Fortuna potest. Omnis quippe Viri magni, in electione sua ac decreto, & libertas & felicitas consistit. Seculum muta, & in Exilio te divitem, te Regem esse, invenies, quoniam quidem eò temporum prolapsa luxuria est, ut majus viaticum exulum sit, quàm olim patrimonio
nium

nium Principum fuit. Plura sæpè
Exul & commoda in proximum
spargit, & incrementa facultatum
capit? quàm domo affixus, suis si
contentus vivat, veteremq; iden-
tidem repetat cantilenam. Rosa
ungue decerpta magis odorem
spirat, præ illa, quæ stipiti relicta fo-
liorum purpuram in glomerem
coarctat: sic multi, hoc, & ante actis
seculis, doctrinæ suæ fragrantiam
latiùs diffudère, quàm si casæ suæ
inhærentes, aut in loco minùs illu-
stri, aut inter homines non adeò
bona intelligentes, vitam transe-
gissent. Nimirum applicari fortè
hïc, quod paucos ante dies demum
legi, non inconcinnè poterit:

*Exul Anaxagoras, Thrasylbulus, Tullius ipseus,
Quilibet Exul erit, qui bonus esse cupit.*

Instet autem hïc iterum aliquis, di-
catque; Exilia, secum afferre, igno-
minias, honorum amissiones, mi-
seriam,

C seriam,

feriam, mœstitiam, & alia sexcenta gravissima mala; sed enim illud omne non in ipsorum est situm natura, ast nostro iudicio iis modus præscribitur: ea quivis nostrum sibi vel facilia toleratu, vel difficilia suo arbitrato facit. Audire licet, quid Polynices, interrogatus,

Quid? patria carere num magnum est malum?

respondeat: Est maximum, & remajus, quàm dici queat.

Sed cognosce, quid in diversam sententiam *Alcman* dixerit, ut quidam de eo hoc epigrammate expressit:

*O mea, majorumq; meorum patria Sardes,
Mibi in te si obtigisset educarier:*

*Rumperem in aurata cava nunc ego tympana
vestes,*

*Magna Sacerdos matris, aut fœdus spado.
Alcmanem nunc me Lacedamon nomine civē
Agnoscit, eruditum Grajis litteris:*

*Qua me non paulo vestris fecere tyrannis
Præstantiorem, seu Gyge sive Dascyle.*

Ita

Ita eandem rem numismatis instar
vel utilem vel damnosam redigit
opinio. Esto tamē, exilium res gra-
vis sit atque dura; Atqui multi sunt
cibi amari & acres, mordentesque
palatum, aut linguam vellicantes;
quibus tamen dum dulcia quædam
& grata admiscemus, id, quod of-
fendebat, adimitur. Sunt & colo-
res aspectu molesti, ad quos, ob
vehementiam nimiamque vim, o-
culorum acies confunditur & he-
betatur; at pro remedio iis adjicere
licet umbras, aut avertere oculos
ad viridia & jucundum habentia
colorem: Idem hoc facere aliquis
potest in suo casu, ut cum eo tem-
peret, quæ sibi in præsentia com-
moditates adsunt atque oblecta-
menta, sanitas putà, amici, otium,
& quod nulla res ad vitam solam
necessaria sibi deest. Profectò

C 2 paucos

paucos puto esse, qui non malint hodie, illo pacto, etiam extorres esse, optimeq; secum actum putare, si ita potius apud exteros iis detur vivere, quàm domo affixos testudinis instar nihil habere boni, quo absque molestia perfrui possint. Verùm Patriâ, ah! Patriâ ex-
eundum est,

*Nescioq; quâ natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Quid amabò ais? Natura patriam nullam cuiquam fecit, ut neq; domum, neq; agrum, neq; ærariam, ut Aristo dicebat, neq; medicam officinam; sed fit, aut potius nominatur horum unumquodque quovis tempore ab eo, qui possidet & utitur. Quippe homo, si Platoni credimus, planta est, non terræ infixæ aut immobilis, sed cœlestis, cujus tanquam è radice caput sursum erectum in cœlum dirigatur. Inde est, quod Hercules dixit: *Argiviss*

*Argivus, aut Thebanus. haud enim peto
Unius esse civis urbis, patria
Græca urbs mihi quacunque est.*

Et Socrâtes melius, qui non Athe-
niensem, non Græcum, sed mun-
danum seu mundi civē se esse dixit.

(a) Neque hîc quisquam exul, ho-
spes, peregrin⁹ est, ubi idem ignis,
aqua, aër; ubi iidem gubernatores
atque dispensatores, Sol, Luna, Lu-
cifer; ubi eadem omnibus leges,
sub eodem magistratu, solstitium
æstivum, bruma, æquinoctium,
Plejas, Arcturus, tempora ferendi,
tempora plantandi; ubi unus Rex
& Princeps, DEUS, principium,
medium, finemque complexus

C 3 uni-

(a) Similiter *Epictetus*: Ito, ait, in exilium.
Quo? num aliquis extra Mundum ejicere potest?
nō potest Quocunq; i vero, ibi Sol, ibi Luna, ibi
Sidera, Somnia, Auguria, & cum Diis conversa-
tio. Quid *Democritus*? Viro Sipienti omnis
tellus pervia, & bonæ Mentis totus Mundus pa-
tria. *Euripides* cōcinit: Diffusus aer omnis aqui-
læ pervius, Omnisque tellus patria animoso est
viro.

universi, rectà pergit & secundùm naturam circumiens. Hunc comitatur justitia ultrix eorum, qui divinam legem deseruerunt. Hac omnes homines naturâ adversus omnes utuntur tanquam cives. Quod autem non habites ibi, ubi natus es, nihil est: nam nec in patria tua, domum aliam, præter illam, quæ primùm natales tibi præbuit, incolens, in patria tua verè subsistis: ergone propterea peregrinus aut extorris tibi videbere. Sanè, nulla terre particula longè ab altera distare potest, cùm ipsam totam Mathematici demonstrent cum cælo comparatam puncti loco esse; nos autè instar formicarum aut apum, si ex uno formicarum nido aut alveari excidimus, in mœrore sumus, & peregrinos nos esse factos ægrè ferimus, ignari, omnia, ut sunt nostra, putare atque usurpare. Homo, ubi cunque

cunq; mediocriter suppeditant res
ad vitam tolerandam necessariæ,
neq; urbe, neq; lare, unquam cari-
turus est; tantum adsit mens & ra-
tio, anchorę gubernatoris vice, ut
quovis portu, ad quem delatus fue-
rit, uti possit. Cui ergo suam urbem
fortuna adimit, ei eõcedit habita-
re, quam delegerit: Pulchrum est
illud Pythagoreorum præceptum:
*Delige vitæ rationem optimam, sua-
vem eam consuetudo faciet.* h. e. Ur-
bem delige optimam & jucundis-
simam; patriam eam tibi tempus
faciet. Exuli enim non unus est as-
signatus locus, sed uno duntaxat
prohibitum; dumque uno interdi-
citur, omnium aliorum potestas
est data. Emetiamur quascunque
terras, nullum invenitur solum in-
tra mundum, quod alienum homi-
ni sit: undecunque ex æquo, ad cœ-
lum erigitur acies: paribus inter-

vallis omnia divina ab omnibus humanis distant. Præterea Veterum monumenta diligentius excutiendo, inveniemus, celeberrimos etiam atque præstantissimos Viros, extra patriam suam plerumque vixisse, non indicto, sed ultrò suscepto exilio, neque jussi fugere, sed sponte sua fugiētes, molestias, quas patria haud rarò affert. Euripides, etsi patriam suam non vulgari-ter laudaverit, ipse tamen deinceps in Macedoniam abiit, atque apud Archelaum vitæ reliquū exegit: Herodotus Thurios migravit; Aristoteles in Chalcidem concessit; Thucydides Atheniensis in Thraciam se contulit; Xenophon in Scillunte vixit Elidis; Philippus in Epiro; Timæus in Sicilia natus, Athenis; Androtion Atheniensis Mægare; Bacchylides Poëta Ceus in Peloponneso. Hi omnes, iisque adhuc

adhuc plures, patriâ suâ amissâ, non desponderunt animos, neque sese projecerunt; sed bonitate suorum ingeniorum usi, tanquam comineatum fortuna exilium supeditante, apud omnes etiam post mortem famâ sunt celebri; neque ab illis ulla ullius qui in exilium egressisset facta interim extat mentio. Quare is quidem ridiculus est, qui exilium putat cum ignominia conjunctum. Attamen, inquires, exprobratur Exuli exilium? à quo tandem, nisi à fatuis? qui & pauperiem, & calvitiam, & brevitatem staturæ exprobrant, & pro flagitio deputant, si quis peregrinus sit, aut inquilinus; verùm, qui in horum sententiam non descendunt, ii admiratione habent viros bonos, sive pauperes ii sint, sive peregrini, sive exules. Tu ergò, si quis te probri causa exulem appellet,

C 5 respon-

respondebis: Etiam Hercules, cui ob victoriarum pulchritudinem Callinico nomen factum est, pater exul erat: quin & ipse Apollo, de quo Æschylus annotavit:

Castumq; Apollinem, exulem cœlo deum.

Empedocles porrò sic orsus est suam Philosophiam:

Fata jubent, stant hæc decreta antiqua deorum

Si quid peccando longævi daemones, errant:

Quisque luit pœnas, cœloq; extorris ab alto

Triginta horarum per terras millia oberrat,

Sic & ego nunc ipse vagor, divinitus exul.

Equidem ostendit, non se modò, sed suo exemplo omnes homines hîc exules & inquilinos esse. Hoc enim voluit intelligi. Ait Plutarchus de Exulio. Non sanguis vobis, ô homines, non spiritus concretus animæ ortum naturamque præbuit; sed ex his corpus conformatum est terrigenum atque mortale: originem animæ aliunde huc advenientis lenissimo vocabulo peregrinationis indico: quæ, si verissimè

rissimè loqui velis, exulat & vagatur divinis ejecta decretis atque legibus. Deinde tanquam in insula, quæ multis agitur fluctibus, ostrei in morem, ut Plato ait, illigata corpori; quia non meminit, neque reminiscitur, ex quanto honore, & quanta beatitate demigraverit, non Sardibus Athenas, non Corintho in Lemnum aut Scyrum, sed de cælo & Lunâ in terram & terrestrem vitam delata, ut ibi exiguum subinde locum alio loco mutet, ægrè fert insolentem sui mutationem, ac tanquam degener planta emarcescit. Quanquam plantæ quidem unus locus alio est crescendo germinandoq; aptior. Homini felicitatem nullus locus adimit; ut neque virtutem, neque prudentiam: Itaque & Anaxagoras in carcere quadraturam circuli descripsit: & Socrates venenû bibens

philosophabatur, adq; philosophandum familiares exhortabatur, beatusq; ab iis prædicabatur. Scilicet loci commutationem non ilicet animi etiam excipit mutatio, dummodo ita disciplinis imbuti simus, ut sciamus omnem locum sapienti viro patriam esse. *Brutus* in eo libro, quem de Virtute composuit, ait, se vidisse Marcellum Mitylenis exulantem, &, quantum modo natura hominis pateretur, beatissime viventem, neque unquam bonarum artium cupidiorum, quam illo tempore. Itaque adjicit, vilum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo rediturus esset, quam illum in exilio relinquere. O fortunatiorem Marcellum, eo tempore, quo exilium suum Bruto approbavit, quam quo populo R. consulatum! Quantus vir ille fuit, qui effecit, ut aliquis exul sibi videretur,

retur, quòd ab exule recederet?
Qui in admirationem sui adduxit
hominem etiam Catoni suo mi-
randum. Tacebo alios, qui pari ra-
tione, in exilio suo magis operam
virtuti dedere, quàm in patria sua;
magisque hominum experti sunt
favorem, quàm apud suos: naturâ
enim magis amamus miseros, &
extorres; quàm felices suoq; lem-
per infidentes nido; unde *Auctor*
Thebaidos:

*Quòd caussa melior, forsque deterior trahit,
Inclinat animus, semper infirmo favens.
Miseros magis Fortuna conciliat suis.*

Ut ita malè faciant omnes illi, qui
tempus statim malum esse judi-
cant, quo in exilium aliquis pelli-
tur. Homines mali sunt, non tem-
pora; illi accusandi, deque injuria
sciscitandi, non tempora: illi,
si aliquem innocenter patriâ
sua proscribant, nocere dicendi
C 7 sunt;

funt non tempora: Homo quippe non tempus, non locus, non domus, non alia quævis animata fugat nos materia; adeoque, si cui exilium sit malum, id malum Homini adscribendum est. Ab Exilio, ad *Libertatis* amissæ restitutionem concedo. Regna, urbes, arces, mortaliumque genus ferè univèrsim avitâ suâ libertate, isto potissimùm tempore, iri exutum lamentaris? privilegia & immunitates non attendi amplius à Majoribus benignissimè indulta doles? leges Patriæ vilescere; statuta Regni filvescere: decreta Senûm exolescere graviter conquereris? Ex seculo hoc sacculum consui ab incōcinnis aliquibus Sartoribus ingemiscis? Orientē oculi; Occidentem submergi? Meridiem conflagrare; Septentrionem penitùs cōglaciari

glaciarî lugēs? ô Amice suavissime,
quid ais? quò nos indementia fati
unà cum mundo isto abripiet?
Vera sentis, vera doles, vera dicis;
an autem mala? malus potiùs ille
fit, qui mala hæc non bona pu-
tet! qui tempus eapropter malum
esse computet! Non ea tempora
mala sunt, quibus in mala quævis
obvia Reges justissimè juxta atque
gravissimè animadvertunt: Non ea
tempora mala sunt, quibus, legibus
sua conciliatur autoritas, privile-
giis sua confertur interpretatio, li-
bertati pristinus recuperatur vi-
gor: Non ea tempora mala sunt,
quibus confusa in ordinem redi-
guntur, immorrigeri ad obedien-
tiam adducuntur, refractarii debi-
to modo pœnis subjiciuntur:
Quin illo die, Malum lacertos
suos validissimè vibrare dicendum
erit;

erit; quando Licentia sub firmate Libertatis Seculo imponit; quando Vitia nobis sub Virtutum nomine obrepunt; Temeritas sub titulo Fortitudinis latet; Moderatio vocatur ignavia; pro cauto timidus accipitur; pro erudito versipellis habetur? in his magno periculo erratur, nec mala ferè priùs, quàm ex eventu agnoscimus. His certè essent notæ imprimendæ, quò vitari à Bonis faciliùs, distinguere à Virtutibus citiùs possent. Aureum equidè Libertatis est Vocabulum, aureosq; maximè animos facere solet: quid verò sapiens curat aurum? Eo ipso, si sapiens es; & hoc, & illam averfari. Animo liber, manibus, pedibusq; licet catenis vinctus, libertatis cōmoda experire: Opinione liber, utut bajulis aut gerula, vitæ tuæ spiritum liberè

liberè hauries. Servitus enim, bona esse potest, si eâ, sic, ut libertate utaris. Ecce tibi, sanctus noster senex *Epictetus*, ab ipsa propè rerum natura, tanquam matre crudelissimâ, abjectus fuit & expositus. Nulla nobilitas, nullæ opes, servitus perpetua, corpus mutilum ac deforme. Parentem propter vitæ obscuritatem, nemo novit prope unquam: domum, foribus egressus, ne claudebat quidem, in qua nihil furibus relictum esset: Neroni herus ejus serviebat; hero ipse: claudicabat deniq; quo alii incedunt. At si voluntatem ejus videas, si opinionem, si sublimem, si excelsum, si invictum in abjecto isto corpore animû, Reges omnes Principesq; tanto antecessit, quâto illi reliquis anteire se existimant. Animi nobilitatē spectas?
Dei

Dei filium, propinquum & cognatum, esse se ubique prædicat. Divitias? Nullius rei se egere dicit, & re ipsa olim hoc probavit. Quæ & summa, etsi rectè rationem ineas, verissima divitiarum est mensura. Libertatem? Hic verò triumphabit, hic magnificè se efferet, neque Epaphroditos modò, sed Nerones quoque omnes, & miserrimos terrarum dominos, transcendet. *Quis est liber?* qui invitus nihil dicit, nihil cogitat, nihil sentit, nihil vult, nihil agit. *Quis est liber?* qui non trepidat, non metuit, non sperat. *Quis est liber?* qui non auro, non argento, non crudelitati, non lubricini, aut ulli omninò voluptati, libertatem animi transcripsit. Nihil enim refert, rerum servus sis an hominum:

num:

num : nisi quod hîc corpus, ibi impeditur ratio. Quam profectò veram, imò solam esse servitutem, quis negare audeat? siquidem principia nostrarum actionum, non in corpore defixa sunt ac posita, quod nemo dixit unquam, sed in animo. Quod quidem beneficium, nulla lex scripta, nulla vis hostilis, nulla armorum necessitas, nulla insolentia victoris, nulla potentia cuiusquam aut crudelitas, sapienti extorquebit unquam. Nero, sub ludorum iudicibus, trepidat, æstuat, ac pallet; legibus eorum ita morem gerit, ut vix exscreare ausus, sudorem quoque frontis, brachio detergat. Fac hunc liberum, si audes, fac non servum. Ecce egregio terrarum domino, modò imperat libido, ut cum matre

tre

matre concumbat, modò ut eam tollat, nunc impellit avaritia, ut Deos spoliet, nunc stultia ut currum regat, adversarios observet, metuat, blandiatur, ad eorum propè pedes se abjiciat. Et hic libertatem, si Diis placet, etiam provinciis conferre audet. Senex noster, animo invictus, vitiis major, voluntatis suæ ac opinionis dominus, uni servit. Quid si ita Deo visum? quid si ipsi? Quisquamne potest servire, & non cogi? Potestne cogi quisquam, & libertamen esse? Audi vocem ejus magnam, & triumphis omnibus superiorem: *Nemo, inquit, servus esse potest, qui sit liber voluntate.* Quid vis tibi Fortuna? Ut non liber vivat Epictetus? Atqui hoc in potestate mea Deus immortalis esse voluit, cui nõ invitus & sponte
mea

mea pareo, etiam cum esse servum me iubet: Aspice hunc Orbem, in quo nihil frustra, omnia præclare constituta sunt. Huic Regis, huic Senatoris, huic Consulis, huic Quæstoris, huic agricolæ, huic Medici personam impositam videbis. Epictetum idē ille Princeps universi ac Dominus, servum esse maluit. Num detrecto? num recuto? num me infelicem, num deterio rem ideo aut minùs sapientem esse judico? ego verò promptus ac paratus, morem ei gero. Ne infelix sim, qui esse aliter non possum: ne servire incipiam, qui in servitute liber tamen hætenùs vixi. Nemo enim potest servire, nisi qui invitatus hoc agit. Voluisti in mea potestate non esse hoc corpus, quod ne meum quidem esse existimavi unquam. An propterea nec Animũ?
Voluisti

Voluisti claudicare hunc pedem: an idcirco sapientiam? an opinionem? an Judicium? an voluntatem? ego vero gratias tibi ago, quod quaecunque sine *Libertatis* detrimento aliis servire possunt, ea nihil ad me pertinere voluisti: quo autem sola *Libertatem* conservare possunt, iis effecisti ut solus imperarem. Audio Diogenem, audio Platonem, audio alios verè liberos ac sapientes viros, serviisse olim. His accedat Epictetus: quem servire cum fortuna vellet, sapientia emancipavit. Huic jungamus nos, qui servire sciamus, quando externa volunt; imperare, quando pravos animi affectus, ceu subditos regni nostri, compescimus. Non est enim *Libertas nihil pati*: fallimur. In regno

gno nati sumus; DEO parère, libertas est: vel uti Philo extulit; DEO parère, non libertate solum, sed regno præstantius est: *Libertas* est, animum opponere injuriis, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda veniant. *Libertas* est, nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus; fortunam in æquum deducere. *Libertas* est, non homines timere, non bestias; nec turpia velle, nec nimia; in se ipsum habere maximam potestatem. Accipio, inquires, mentem tuam, intelligo abundè sententiam: sed, num bona, si mala non sunt, esse tempora putabis? Ita quidem statuo: Homo sanè es, nec diversi à te, hoc in passu, ii, quibus cum vitam vivis. Si hoc: Animal es sociale, communi bono

bono genitus, vel, ut Poëta loquitur, in commune bonus: si tu bonus: & tempus, quo benè uteris, bonum erit. Dubitas? agedum faciamus periculum! bonitatem exeramus; bonitatem animo, verbis, opere, colamus, & non invenietur quicquam voluntati nostræ adversarium. Sapientes modò simus, & universus Orbis affatim bonus, & tempus quoque bonum, & homines boni, & omnia erunt bona. At ais? Bona ista communiter homines non vident, non palpant: sic nempe decet: Sapiens quippe non ostendit bona, sed sentit: ista quæ spectantur, ad quæ consistitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus misera sunt: In animo, nunquam in corpore bonum est:
in

in homine, nunquam in tempore bonum radicatur: Omne boni ex Virtute, non tempore principium derivatur: Ex illius; non agro hujus, optima quævis oriuntur. Mala mundus pro bonis legit, hæcque pro istis; atque sic, dum mala hodie mundus tempora ingeminat, bona dicere puta: jucundum quod non est, plebi semper malum audit, Sipienti verò bonum: ideoque præceperunt Veteres, optimam sequi vitam, non jucundissimam. Vivere quidem omnes ex voto beneque volumus; sed ad pervidendum, quid sit quod beatam vitam efficiat, plerique caligamus: Adeo difficile est consequi beatam vitam, ut ab ea quisque eò longiùs recedat, quò ad illam citatius feratur, si viâ
D lapsus

lapsus est : quæ ubi in contrarium ducit , ipsa velocitas majoris intervalli causa fit : Scilicet dies noctesque bonæ menti laboremus , & tempus omne bonum esse cognoscemus : Separemus nos à cœtu malignantium ; & bona nobis quælibet obtingent : non tam benè enim cum rebus humanis agitur , ut meliora pluribus placeant ; argumentum pessimi , turba est : quò pauciorum est bonum , eò vetius , eò perennius. Nullum majus est bonum eo , quod sibi quisque ipse dare potest : prout animus noster bonus malusque est , sic bonum itidem est malumque : Summum bonum est , animus , fortuita despiciens , virtute lætus ; aut invicta vis animi , perita rerum , placida in actu , cum humanitate

manitate multâ , & conversan-
tium curâ. Summum bonum
immortale est , perire nescit, nec
satiætatem habet , nec pœniten-
tiam : nunquam enim recta mens
vertitur , nec sibi odio est, nec
quidquam , ipsa optima , muta-
vit. Summum bonum in ipso
iudicio est , & habitu optimæ
mentis; quæ cum suum habitum
implevit , & finibus se suis cin-
xit, consummatum est summum
bonum , nec quicquam amplius
desiderat. Quidquid ergo ex
Dei ordinatione patiendum est,
magno excipiatur animo: ad hoc
sacramentum adacti sumus , fer-
re mortalia , nec perturbari his ,
quæ vitare nostræ potestatis non
est. Utamur tempore , quam-
diu vita uti permiserit , nec , bo-
num omni momento faciendo ,

in malum illud verget : Semper bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est; tempus non mutat, vel truncat, vel addit quicquam : Bona tempora semper sunt, erunt, & fuere bene tempori servientibus; male : mala. Quamobrem vana mortaliū recedite suspiria ! evanescite querulationes de temporis perversitate sine causa institutæ ! arefcite lachrymæ dies malos plangentes ! Præstat bona, quàm mala scrutari aliena : Stat, stabit, stetit, stetque singulis opto ista mecum sententia : Ego mortem eodem vultu audiam, quo videbo : ego laboribus, quancumque illi erunt, parebo, animo fulciens corpus : ego divitias & præsentis & absentes æquè contemnam : nec si alibi jacebunt,

bunt, tristior; nec si circa me
fulgebunt, animosior: ego for-
tunam nec venientem sentiam,
nec recedentem: ego terras o-
mnes tanquam meas videbo,
meas tanquam omnium: ego sic
vivam, quasi sciam aliis me na-
tum, & DEO meo hoc nomine
gratias agam: Quo enim me-
lius genere negotium meum age-
re potuit? unum me donavit o-
mnibus; uni mihi, omnes. Quid-
quid habebō, nec sordidè custo-
diam, nec prodigè spargam:
nihil magis possidere me cre-
dam, quàm benè donata: non
numero, nec pondere beneficia,
nec ullâ, nisi accipientis æstima-
tione, pendam: Nunquam id
mihi multum erit, quod dignus
accipiet: Nihil opinionis causa,
omnia conscientiaë faciam: Popu-

D 3 lo teste

lo teste fieri credam, quidquid me
nescio faciam: Edendi erit biben-
diq̄ue finis, desideria naturæ re-
stinguere; non implere alvum, &
exinanire: Ego amicis jucundus,
inimicis mitis & facilis, exorabor
antequam roger, honestis preci-
bus occurram: Patriam meam ef-
se Mundum sciam, & præfides An-
gelos supra me, circaque me stare,
factorum dictorumq̄ue censores;
animo nempe meo Tristichon il-
lud Veterum benè habens impres-
sum:


*Ne pecces, Deus ipse videt, tuus Angelus ad-
stat,*


*Accusat Sathanas, Lex & Mens conscia culpa,
Mors incerta furit, cruciat post luridus Orcus.*


Quandocunque autem DEUS
spiritum, quem mihi dedit, repe-
tet, testatus exhibo, bonam me
conscientiam amasse, bona studia;
nullius


nullius per me libertatem imminutam, minimè meam; paucis me amicum, omnibus familiarem fuisse; quodque mihi fieri volui, aliis itidem fecisse, verbò me Deo, & Proximo, & mihi, pro viribus serviisse. Sicque tempus mihi omne bonum, vitaque semper fuit, est, & erit beata.

FINIS.









Ung II 261

ULB Halle
005 704 065


3



10/17

7





Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow



Red

Magenta

White

3/Color

Black



6
GUILIEL.
LERI
TATIO

ICA,
TIONE
IS PRÆ-
TIS,
d
CUM.



O F V R T I
xnum
LEM FIEVET.
LXXIII.

